



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 51. Innocentii X. Papæ responsum ad Franciæ Præsulum epistolam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. „Domini Nostri Jesu Christi, ædifice  
A. C. 1654 „mus Ecclesiam Dei: atque adeo nos  
 „ipfos, & eos, qui nos audiunt, co-  
 „ræque nostræ sunt ab ipso commisi-  
 „salvos faciamus.”

## §. LI.

*Innocentii X. Papæ responsum, ad  
 Franciæ Præsulorum epistolam.*

*Collect. mo-  
 num. Cler.  
 Gall. tom. I.  
 Argentre l.c.* Summa animi lætitia Innocentius X.  
 Papa literas Franciæ Præsulorum per-  
 legerat, ac die vigesima nona Septem-  
 bris ad universum Galliæ Clerum pau-  
 lopost in suis comitiis congregandum  
 sequentes dedit literas:

„Dilecti Filii nostri, ac Venerabiles  
 „Fratres, Salutem & Apostolicam Be-  
 „nedictionem. Ex literis, quas a vo-  
 „bis die vigesima octava Martii proxi-  
 „me elapsi ad nos datis, a venerabili  
 „Fratre Episcopo Lodeventi accepimus  
 „jucundum sane accidit, probari nobis  
 „luculentius vestræ pietatis Zelum in  
 „iis partibus obeundis, quas nos omni-  
 „bus Pastoralis officii Administris in-  
 „juximus, ut, qua par est, obedien-  
 „tia ubique servari curent Constitutio-  
 „nem nostram, qua die trigesima pro-  
 „xima Maji anni millesimi sexcentissimi  
 „quingentesimi tertii damnavimus in  
 „quinque propositionibus *Cornelii Jansenii*



„seni doctrinam, ejus libro contentam, Sæc. XVII.  
 „cui titulus: *Augustinus*. Atque ideo A. C. 1654.  
 „placet arctam exinde in vos benevo-  
 „lentiam nostram hoc itidem locuple-  
 „tissimo literarum nostrarum testimonio  
 „palam fieri majoribus etiam in dies  
 „argumentis vobis præclarius consti-  
 „tutam; ac simul vos, dilecti Filii no-  
 „stri, & venerabiles Fratres, ac cæte-  
 „ros quoscunque Regni istius Episcopos  
 „hortamur quam vehementer in visce-  
 „ribus Jesu Christi, ut studio & conatu  
 „prorsus unanimi conspirantes in Do-  
 „mino in id sedulo operam detis, quod  
 „opportuniùs validiusque contulerit ad  
 „executionem stabiliendam, ac firman-  
 „dum penitus usum ejusdem nostræ  
 „Constitutionis, nostri itidem Decreti,  
 „quo Sanctionem ipsam necessario con-  
 „sequente, die vigesima tertia Aprilis  
 „anno millesimo sexcentesimo quin-  
 „quagesimo quarto libri quoque de ea  
 „re editi damnantur. Id vero, si vos  
 „una & constanter exequimini, piæ sol-  
 „licitudinis Zelum, quo sanctæ huic  
 „Sedi, ac nobis egregie obsecuti hæcte-  
 „nus estis, insigni profecto meritorum  
 „incremento cumulabitis, ac sponte  
 „propensam in vos Pontificiam volun-  
 „tatem excitabitis majorem in modum  
 „ad benevolentissimos erga vos sensus  
 „Apostolicæ charitatis, qua interim  
 „vobis



Sæc. XVII. „vobis ex animo benedicimus. Datum  
A. C. 1654. „Romæ apud sanctam Mariam Major  
 „rem sub annulo Piscatoris, die 29. Se  
 „ptembris 1654. Pontificatus nostri an  
 „no decimo..

Hoc Pontificis responsum, quod præfatus Ludevanus Præsul Roma Præfatos retulit, anno sequenti die vigesima Martii in Præsulorum conventu prælectum, atque unanimi omnium applausu receptum est, decretumque, ut omnes Canonici, Universitatum Rectores, Communitates, Parochi & Beneficiis provisi, omnesque eorum subditi huic Pontificis Constitutioni & Literis subscriberent: inde iidem Præfules occasionem arripuere, ut in suo Conventu Luparæ celebrato contra Janfenii librum sequentem professionis formulam præscriberent: „Ego N. Constitutioni Apostolicæ Innocentii Papæ die trigesima prima Maji Anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio emanatæ juxta verum sensum in Cleri comitiis die vigesima octava Novembris anno 1654. explicatum, & postea per Sanctitatis suæ Literas die vigesima nona Septembris ejusdem anni confirmatum me sincero animo subjicio, & ore ac corde quique propositionum in ejus libro, cui titulus: *Augustinus*, contentarum doctrinam



„trinam condemno, utpote quæ non Sæc. XVII.  
 „est Augustini doctrina, sed a Janse- A. C. 1654.  
 „nio male & contra verum sensum Sancti  
 „hujus Doctoris intellecta.„ Ceterum  
 nonnisi Meldensis, Ambianensis, & Rhe-  
 mensis Episcopi encyclicis ad suum  
 Clerum literis hanc subscriptionem  
 urgebant.

§. LII.

*Plura opuscula in Jansenii defensionem edita, Et ab Innocentio Pontifice proscripta.*

Hoc ipso anno die vigesima tertia *Hist. Brev.*  
 Aprilis idem summus Pontifex non *Jansf. p. 65.*  
 modo Jansenii librum Lovanii, Parisiis  
 & Rothomagi typis excusum, sed plu-  
 res alios libellos in Jansenii favorem  
 editos damnabat, promulgato desuper  
 in Generali Congregatione Romanæ In-  
 quisitionis Decreto sequenti: „SS. Do-  
 „minus noster Innocentius Papa X. post  
 „condemnatam sua constitutione edita  
 „pridie Kalendis Junii anni Incarnatio-  
 „nis Dominicæ 1653. in quinque pro-  
 „positionibus Augustini Cornelii Jan-  
 „senii Episcopi Yprensis doctrinam, ne  
 „occasione doctrinæ prædictæ in men-  
 „tes Christi fidelium aliquod dubium  
 „vel error irrepit, eundem Augusti-  
 „num Cornelii Jansenii iterato una cum  
 „aliis